

DISSERTATIO THEOLOGICA,

SISTENS

CONSPECTUM SCIENTIÆ
PASTORALIS,

IN USUM SEMINARII THEOLOGICI;

CUJUS PARTEM SECUNDAM,

APPROBANTE MAX. VENER. FAC. THEOL. ABOËNSI,

MODERANTE

JACOBO BONSDORFF,

S. S. Theol. Profess. & Licent.

publico examini subjicit

ERICUS HENRICUS HOLM,

Ostrobothnienfis.

In Auditor. Physico d. xvii Dec, MDCCCVIII.

h. a. m. c.

ABOË, Typis Frenckellianis.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

1910

COMPTON REPORT

PHYSICS

BY

ALBERT A. MICHAELSON

AND

ET AL.

CHICAGO, ILL.

1910

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

54 EAST LAUREL STREET

CHICAGO, ILL.

1910

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

54 EAST LAUREL STREET

CHICAGO, ILL.

1910

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

54 EAST LAUREL STREET

Practicam demum s. *Moralem Philosophiam*, communi & latissimo laudam iure, quo non modo juris naturalis omnia præcepta, generalia & specialia, hincque enata jura hominum & officia, verum etiam morum continet doctrinam, Theologiæ studioso maxime necessariam esse, vel inde patet, quod intime sit cum religionis ipsius consilio connexa, nec nisi cognitionis principio & gradibus ab ea differat. Ut enim jus naturæ & ethica naturalis statum hominis, qua talem, in vita communi spectat, omnesque mores & actiones hominum liberas ad rectæ rationis dictamen conformandas esse edocet, ita religio sublimem pandit naturæ, legis, jurium ac officiorum originem, celsissimum addit moralitati pondus, summam parit legis præceptis certitudinem, evidentiam, & obligandi vim, fortissimisque omnigenam excitare valet virtutem stimulis. Quam utriusque doctrinæ, Philosophicæ & Christianæ harmoniam, hujus autem præstantiam, tanto minus denegabit sobrius quisquam, quanto altius sensui mortalium communi infixæ hæreat Divini numinis idea. Laudatam vero Philosophiam Practicam licet subtiliter satis sagacissimi nonnulli Critici in Metaphysicam morum, (Theoreticam quippe scientiam) & Anthropologiam practicam (Empiricam) s. Ethicam dispulerint, eodem fere consilio ac alii Jurisprudentiam naturalem

C

ralem

ralem, in præceptis juris naturalis occupatam, ab Ethica sive morum doctrina distingvere soleant; commode tamen utramque arctissima sua in connexionem proponi posse, ratione præsertim habita futurorum Ecclesiæ ministrorum, quibus multa alia incumbunt tractanda studia, dislimulandum non est. Sunt quippe omnia juris naturalis præcepta totidem præcepta morum, nec quidquam veri discriminis eorum, quæ jus naturæ exponit & quæ per totam nostram vitam moribus & animi ipsius habitu exprimere debeamus, intercedere dixeris, ut potius utraque scientia communem in hominis flectenda voluntate habeat vim. Immo bene esset cum Theologico studio constitutum, si elementarem, solidam tamen illam, omnes sibi compararent nominis practicæ quam theoreticæ scientiæ cognitionem. Experientia enim satis comprobavit, quam fluxa sint plerorumque ingenia, a solida quavis institutione levisimas ob remoras sæpius resiliencia animi que despondentia; atque quo plura aut abstrusiora menti juvenili injungantur cognitionis instrumenta, eo citius eandem, cuiusque graviori ferendo oneri imparem, ab ipsis elementis sollicite investigandis avocare solent. Satius est pauca, ex antiquorum & recentiorum probatissimis hausta scriniis, bene ac ordine ediscere atque in usum convertere suum, quam multiplici conjecturarum, systematum & controversiarum
semet

semet implicare gyro, ex quo difficillimus conceditur plerisque reditus. Nec profecto quidquam utilitatis futuro religionis doctori conferent spinolissimæ quæstiones quorundam & idealisticæ nugæ, quarum ferax fuit recentior quoque ætas.

Elementa utilissimæ hujus Practicæ Philosophiæ dabunt, ejusdem quasi princeps & auctor PUFFENDORFF, de *officio hominis & civis*, CUMBERLAND, de *legibus naturæ*, HEINECCIUS, *Fundam. jur. natur.* NÖRREGARD, *natturrättens första grunder*, GELLERT, *Moraliska Föreläsningar*, BOETHIUS, *om naturrätt & anvisn. til sedot*. ERNESTI, *Init. doct.*, *solidæ* cet. quorum compendia nostratum tenentur manibus. Provecioribus vero multo plura proficua sunt & commendanda scripta, v. c. GROTHII *Jus belli & pacis*, PUFFENDORFF *Jus naturæ & gentium*, GARVE *Versuch ub. gegenständ. d. moral.*, & *anmerk. zu Cicero*, PALEYS *Grundsätze d. moral.*, *übers. m. anmerk.* v. GARVE, KANT *Kritik d. praktisch. vernunft*, cet. in quibus recensendis non immorabimur, consilii nostri probe memores.

§. 6. Proximum Propædeumatum locum occupat *Historia* hominis & gentium, universalis & specialis, cujus eximiam esse in cognitione hominis pleniori comparanda, experientia rerum quarumlibet conquirenda, virtute sectanda, Divinique numinis sapien-

tissima providentia, quatenus fieri possit, investiganda, quin etiam cultus & litterarum origine, progressu ac satis pernoctendis utilitatem necessitatemve, nemo sanus dubitabit. Quod ut obtineatur consilium, non modo veritatem tanquam basin historię, verum etiam pragmaticum (cujus exponendi modum considerare convenit. Quomodo vero Religionis historia cum Politica illa & Litteraria sit connexa, multumque lucis inde sceneretur, quis imperitus satis ignorare poterit? quis commoda sive incommoda Religionis nostrę illata ad veras suas referre non valebit causas, sicuti sincera utatur historię institutione? Ex altera autem parte quis incredibilem & verecundię debitę reclamantem æquo animo ferre poterit nonnullorum levitatem ac insolentiam, qua sacratissima generis nostrı monumenta historica tractare, communemque hominum ex anteaetis seculis sensum illudere, lacerare, subvertere, temere annisi sunt. Quibus si infectus fuerit patioralis alumnus calumniis, scrupulisque, male præparatus latissimo ex campo historico discedet, atque in ipsa Religionis viscera deinceps strepere incipiet. Meliora vero edoctus prudenter, sollicitę atque cum fructu in satis humani generis perlustrandis versabitur. Quisque tamen æquus rerum arbiter facile nobis largiatur, altiora & profundiora non esse a junioribus postulanda, modo univ-

sam

fam rem ordine iusto delibaverint. Vulgatissima hoc in genere sunt compendia: SCHROECKII *Allgemein. Weltgeschichte*, SCHLÖZERS *vorstellung d. universalhistorie*, OFFERHAUS *compend. Hist. univers.* EBERHARDT, FANT, SILVERSTOLPE *Allm. Histor.* cet. Quæ vero progressum studii hujus adjuvant scripta, v. c. GATTERERS *Weltgesch. & Synopsis hist. universalis sex tabulis compreh.* una cum *Stammtafeln zur weltgesch.* JECK *anleit. zu Kenntniss. d. Allg. weltgesch.* MILLOT, ROLLIN *Histoire* cet. non hujus est loci, neque nostrarum partium, exponere. Historiam patriæ compendiarium exposuerunt LAGERBRING, BOTIN al. Instructiorem autem inquirens apparatus, adeat commentarios DALIN, LAGERBRING, ceterosque, quos recenset WARMHOLTZ *Biblioth. Histor. Svecogoth.* Litterariæ denique historiæ elementa capiant futuri Theologi saltem ex HEUMANNI *Conspect. Hist. Litter.* præsertim Edit. EYRING I. Ejusd. *Synops. hist. litter.* HISSMAN *Anleit. zu Kenntn. d. ausserles. Litterat.* ADELUNG *Gesch. d. Philos. für Liebhaber*, & BRUCKERI *Institut. Hist. Philosoph.* Pleniorẽ vero adfundet lucem Theologis non minus quam Philosophis exoptatam MORHOFFI *Polyhistor*, BRUCKERI *Historia Critica*, BUHLE *Geschichte d. Philos. & Lehrbuch d. Gesch. d. Philos.* ceteros ut prætereamus doctissimorum

rum virorum thesauros, a NOESSELT, *anweis. zu bild. angeh. Theol. 3. Abschn.* nominatos.

§. 7. Theologicam encyclopediam merito quoque ingrediuntur scientiæ humaniores, Poëlis imprimis & Oratoria, *Æsthetices* nomine vulgo comprehensæ; quæ quia in ipsa dicendi, atque sensus pulcri & honesti excitandi, facultate occupantur, non possunt non & ad scripturæ Sacræ interpretationem, & quoque Homileticam artem adjuvandam multum conferre. Ut enim sublimia vatum Sacrorum carmina, (hymnis nostris Liturgicis non exclusis,) nemo sine poëteos universæ regulis explicare conetur, ita nec oratores Sacri feliciter unquam in sua arte sine subidio Rhetorices s. Oratoriæ profanæ versabuntur. Fines vero utriusque scientiæ satis invicem implicitos & connexos rite constituere nobis videntur harum rerum arbitri, quum statuunt, utramque quidem pro scopo haberi, ut animus persvadeatur ac delectetur, in eo autem imprimis differre, ut Poësis vividiori modo phantasiam & sensus afficere nitatur, Oratoria magis ad intellectum persvadendum, atque constantes ciendos affectus semet accommodet; ut nihil dicamus de numero oratorio, a rythmi poëtici mechanismo plane diverso. Egregiam utriusque Scientiæ theoriam, una cum ceterarum artium liberalium idea, tironibus pariter ac maturioribus dabunt: ESCHENBURG, *Theorie d. schön. Wissensch.*

sensch. BAUNGARTEN *Æsthetik*, I INDNER, *Lehrbuch d. schön. Wisensch.* EBERHARD, SULZER, al. Sed præter hanc theoriam assidua opus est lectione & contemplatione probatissimorum in quavis arte ac gente exemplorum, quorum nomina hoc loco recensere perlongum foret, Discant juniores, saltim vernaculis ex auctoribus, longoque usu pervolutatis Græcorum & Latinorum elegantissimis scriptis, jutum non modo itauere humanioribus litteris pretium, verum etiam gustum sibi comparare, & sensum veri pulcrique indies augere. Tametli enim poëticam dictionem atque figuras omnes oratorias sacris concionibus minime intrudendas svadeat quisquam, barbarum tamen & impolitum dicendi genus evitare docebit sanior gustus; Qua de re *Homiletica* deinceps aget.

§. 8. Neque minor necessitudo Religionis est cum cognitione & studio *naturæ* s. corporum in hoc mundo obviorum atque phœnomenorum, quæ omnia in *Philosophia naturali*, cujus partes sunt *Historia naturalis*, *Physica*, *Chemia* & *Cosmologia*, explicantur. Ut enim prætereamus innumera commoda, quæ harum Scientiarum ope in vita communi nobis adferuntur, certe in indaganda & exercenda religione multum utilitatis inde quoque provenit. Naturæ consideratio ducit ad Divini Numinis ideam sentumque, qui continuo & indies nos ad pietatem omnem

mnem excitare debet; Summa quoque est naturæ i. e. sensibilis mundi & intellectualis s. moralis analogia. Quanta vestigia Summi moderatoris bonitatis, sanctitatis & potentiae in universa rerum mundanarum compage, varietate, vicissitudine, ordine, natura atque œconomia cernuntur! Hæcne omnia Theologus supina prætervolabit ignorantia? Quid phantasmam Oratoris Sacri vividius afficiet, quam pulcherrima rerum visibilium structura mirabilisque ordo? Hinc jure commendamus scripta; NIEVENTYT *Betracht. aller irdisch. dinge*, BONNET *Contemplation sur la nature*, PLUCHE *Schauplaz d. natur*. STURM *Betraktelser öfver naturen*, cæteraque. Nec male studia sua collocant, qui otia juvenilia consumunt in colligendis rebus ex quocunque regno, quod vocatur, sive vegetabili sive minerali sive animali. Rationem tamen habeant temporis, facultatum & inclinationis; quin etiam systematicam sibi parent, quamvis elementarem, notitiam Scientiarum antea nominatarum. Compendia nostratibus adsunt in Historia Naturali, præter LINNEI Systema, HOFFBERG, LILJEBLAD, & RETZIE Flora, una cum Zoologia ORRELI & BUFFON (Svec. serm. in compend. redacta); in Physica, MUSCHENBROEK, DURÆI, MARTIN, MAYERI & ABILDGAARD; in Chemia, BERGMANNI prælectiones, SCHEFFERI, GADOLIN, BERZELII *Lärobok* cet. Cosmologiam præbit BERG-

BERGMAN in suo; *WerldsBeskrifning*, DJURBERG in opere *Cosmographico*.

§. 9. Quia Jurisprudentia Ecclesiastica pars est Pastoralis Scientiæ, nec potest elementari cognitione juris Civilis carere, igitur quoque hanc *Legum & Jurium civilium prudentiam* urgemus excolendam, sed sic tamen, ut ne officiat primario, quem Theologiæ alumnus intendere debeat, Icopo. Multiplici quippe de capite Pastori Ecclesiæ, tam ut civi considerato, quam quatenus membrorum Ecclesiæ prospiciet commoda, inprimis vero ad præcavenda mutua Christianorum jurgia, odia & distidia, eaque ex amoris & justitiæ tenore tempestive compescenda, admonita quævis in simplicissimis causis impertienda, atque ad mutuam restituendam pacem, legum civitatis cognitio univèrsa utilis est & felicissimo tendit omine. Probe tamen memor sit Doctor Ecclesiæ, non esse hæc sua consilia nimis extendenda, ut tanquam patronus causæ sive publice sive privatim & clanculum prodeat in foro, neque ut lucri captandi studio hisce se tradat rebus. Aliud enim est, monere ac præcavere, quod omnino ad pastoralementem pertinet curam; aliud, forensibus se temere immiscere controversiis. Necesarium igitur merito censemus, non tantum codicem legum patriarum Fridericianum, verum etiam ceteras collectiones & commentarios legum præ-

tem.

tempore evolvere, scrutari, eruere. Nec pœnitebit Mosaicarum legum peritum, quod patrias leges cum iisdem contulerit, quemadmodum subtiliter MICHAËLIS, in *Mosaïsch, Recht*, commentatus est. Quæ vero subtiliora institutio jurisprudentiæ civilis, NEHRMANNI aliorumve scriptis sit haurienda, judicent alii, quorum interest. Cæterum peritiores causarum arbitros in dubiis rebus præstat consulere, quam vastissimo pelago semet committere, viresque inaniter periclitari.

§. 10. *Matheseos* demum, tam puræ quam applicatæ, *Arithmetices*, & *Astronomiæ* necessitas, ut quoque *Anthropologiæ physicæ*, *Medicinæ* atque *Oeconomix*, tam publicæ quam privatæ, utilitas non tanta quidem in foro Ecclesiastico est judicanda, ut qui bene in iisdem non fuerit versatus, minus habeatur in munere suo pastorali fungendo idoneus; neque enim ex professo omnes scientiæ possunt excoli. Sed qui plane barbarus sit & hospes in vulgatissimis harum Scientiarum & quasi popularibus elementis, ne is quidem rite sustinere muneris sui partes omnes reputandus. Sunt enim præter scripta systematica, quæ Artis cujuscunque speciatim spectant cultores, multa quoque in usum popularem edita, quæ minime ignorare aut atpernari decet. Quis rudis admodum in Elementis EUCLIDIS & practica *Matheseos* ad vitam privatam accommodatione, opera e. c.

WIKSTRÖM (in suo *Genväg til Geometriens utöfning*): Quis Arithmetices principis aut CULSI, ut aliorum manualium librorum lectione non adivetus, domesticam quidem aget rerum suarum curam, multo minus in Ecclesiasticis calculis versabitur? Quis prima Astronomiæ rudimenta ignorans, commode vulgi errores ac præjudicia abitergere valebit? siquidem licet opera FERGUSONI, MELANDERHJELM, & SCHULTEN cet. quisque non perlustrare possit, vulgatissimam tamen ex prædagogicis scriptis BERGKLINT, FUNKE sive al. hauriat cognitionem oportet. Idem quoque de popularibus libris in Medicina a TISSOT, HAARTMAN, FAXE, ROSENSTEIN, SEGERSTEDT, al. perscriptis tenendum esse, sine ullo negotio animadvertet veri cupidus Theologiæ studiosus. Oeconomiam porro publicam edocebit BERCH, SMITH, ERNESTI (*In. doctr. solid.*) s. al. Privatæ Oeconomiae Scriptores in patria notissimi. Usus autem & experientia optima pierisque est magistra.

§. 11. Hæc autem omnia de Propædeumatibus allata monita, non eo consilio in summam contraximus brevitatem, ut profundior ac solidior eruditionem, una cum lautiori librorum apparatu comparando, superfluum judicent Theologiæ alumni, sed ut justa sciant ponere utriusque rei fundamenta. Meminerint quippe, omnia pro tempore & modulo ingenii esse exquirenda, tractandaque,
nec

nec tantum propriam delectationem, sed etiam Ecclesiæ usum in iis spectari debere; meminerint sapientis minime esse consilii, peregrinis studiis quibuscunque ita se totos dare, ut primaria, pastoralis scilicet, insuper habeatur aut negligatur provincia, quemadmodum nonnunquam contigisse, certa loquitur experientia. De cætero, si modus unquam & delectus scientiarum cultoribus observandus sit, Theologiæ latissimo in campo ut præscribatur opus est, nostris præ primis temporibus, quibus inanes rerum & verborum fingere formas, otiosas recogliere hypotheses & nodum in scirpo querere studeant multi, communem deferentes cogitandi & judicandi viam. Bonis autem imbuta mens principiis, desultoria novaturientium facile carere poterit arte.

CAP. V.

De Studio Theologico Speciali rite colendo.

§. 1. Positis fundamentis propædeumaticis, propius ac mature ad studium Theologicum admovebitur ejusdem cultor, ut saltem essentielles omnes Theologici hujus studii partes cognitæ sibi reddere queat. Absit tamen, ut omnes ante enumeratas scientias tra-

tractare obstringatur, priusquam ad Theologiam se applicet. Utiles quippe & necessariae sunt elementares notitiae in Jurisprudencia civili, Medicina, Oeconomia, Physica, cet. futuri Pastoris si spectemus munus; sed non sunt primo ordine collocandae. Philologia profana, Philosophia & Historia una cum Matheos elementis primum addiscantur, quia Theologia ipsa his non carere possit fundamentis. Subinde vero linguae Sacrae grammaticae sicut pertractandae, ut non modo comparationem inter utramque philologiam, profanam & Sacram, instituere discant tirones, verum etiam tempestive his suis invigilare advescant litteris. Tantus enim est Theologici studii ambitus, ut non opportunum sit, ad posteriores idem relegare curas, sive in serius differre tempus. Ceterum Hebraica lingua necessario colenda est, aut ante, aut sub interpretatione N. T. quia tot sunt hebraismi in N. T. scriptis, quos non possumus rite intelligere, antequam hebraica dictio sit explorata. Exempla satis dedit ERNESTI in *Instit. Int. N. T.* Fontes hujus Biblicae Litteraturae (praeter §. 3. Cap. 4. allatos, & WOLFFI, le LONG *Biblioth. S.*) exhibet ROSENMULLER *Handb. f. d. Litteratur d. Biblisch. Krit. u. Exeg.* 4 T. 8:0 haecenus; EICKHHORN *allgem. Biblioth. d. Bibl. Litterat.* 10 voll. 8:0 MICHAELIS *Orient. u. Exeg. Biblioth.* 52 Th. & HIRT *Orient. Bibl.* 12. Th. 8:0.

§. 2. Specialis vero Theologici studii partes primas sibi vindicat Philologia Sacra, quæ non modo Grammaticam, verum etiam Hermeneuticam, Criticam & Exegesin ipsam complectitur. Hebraica & Græca N. T. lingua constituit objectum Philologiæ Sacræ, atque nemini dubium sit, has linguas primo grammaticæ, postea autem pragmaticæ, æstheticæ & Theologico consilio esse addiscendas. Necessitas hujus studii Philologici abunde patet, non tam ex interna quadam linguarum, Hebr. & Græcæ, sanctitate, quam potius inde, quod specialissima Divinæ religionis institutio his concredita sit linguis, quarum sine ope ac studio commoda perfectaque cognitio religiosæ veritatis nec nobis neque aliis intillari potest. Sunt vero præter ipsam doctrinam cœlestem etiam monumenta religionis & humani generis historica, æque antiquissima & fide dignissima, Sacris libris comprehensa; quare fas est, ut iisdem longe potiori jure quam profanis documentis utamur. Usus philologiæ Sacræ nimirum est vel historicus, vel dogmaticus & moralis, idemque usus ita alteri intextus, ut historia Sacra sine theoria religionis, hæcque sine historia subsistere nequeat. Nec decet religionis doctorem, ab auctoritate translatorum, versionum, & commentariorum pendere, imprimis quum hæc ipsa læpius dubia, varia & lubrica sit. Nondum enim eo perventum est,

est, ut consummatum & omnibus numeris perfectum habeamus Sacrorum oraculorum commentarium; & si vel maxime in posterum talem exhiberet nobis fidelissimorum interpretum industria, propriis tamen videntur est oculis, ne a veritate aberremus. Intuitiva & certa dari nequit persuasio, nisi ex Sacro fonte immediate hausta. Facescant quidem multi Sacrarum litterarum olores, contra hæc studia, negotium, attamen vana sunt omnia dubia, siquidem muneris doctrinalis ratio id secum fert officii, ut non modo ipsis e fundamentis suis eruant doctores ac amplectantur vividam cognitionem rerum divinarum, verum etiam idonei sint easdem aliis proponere, atque a contralentium vindicare moliminibus. Atque historia ipsa docet, Ecclesiæ ministros eo felicius in munere suo obeundo versatos fuisse, quo solidiorem habuere Biblicæ philologiæ cognitionem. — Quis porro semet ex omnibus impedimentis, Divæ religioni obstantibus, præjudiciis, erroribus, controversiis atque insultibus adversariorum extricabit, nisi Divini verbi ideam ipse habeat? Quis alius persuadere veritatem, circa quam dubius hæret ipse? Quis temeritatis atque socordiae culpa vacuus erit habendus, qui tempus sui muneris ac vitæ universum aliis quidem consecraverit negotiis quibuscunque, prætermisso Biblico studio? **A**n tantis se distrahi pati-

patiatur aut revera distractus sit doctor Ecclesie curis, ut essentielles & suo muneri proprias insuper habeat partes? Malefanam ergo hanc opinionem atque consuetudinem funditus ex animo deleat maturior vera discendi cupido, honosque Divino verbo debitus.

Primum, in Philologia Sacra tractanda, erit *Grammatices* studium ususque linguæ Hebraicæ, & Hebræo-Græcæ N. T. Hebraicæ vero linguæ cognitio, solidior imprimis, ex Dialectis venit; quare haud abs re fuerit, has Dialectos sibi familiares reddere, antequam Hebraici sermonis studio quis admoveatur. Doctoribus tamen Ecclesie omnibus, non eadem facultas aut otium suppetit intima hæc salutare adyta. Quare consultum ducimus tironibus, mediocri fortuna & facultate utentibus, Hebraicam tantum ediscere linguam. Provehiores vero & lautiori fruente rerum ac temporis usu pretium universæ Orientalis Litteraturæ discant ex MICHAËLIS *Beurtheilung der mittel, die ausgestorbene Hebr. Sprache zu verstehen*, SCHULTENS, AURIVILLII *Disq. de usu Dialecti Arabicæ*, & SCHELLING *Abhandl. v. d. gebrauch d. Arab. Sprache* —; ut quoque Grammaticam Arabicam ex HIRTII *Instit. Ar. L. I.* ERPENII, MICHAËLIS, HEZEL, ROSENMULLERI compendiis, quibus quoque chrestomathia Arabica adjuncta est, discant. Hebraicæ linguæ elementa sistunt SCHROEDER in *Institut. l. II.*

HEZEL & VATER, *Hebr. Sprachlehre*, f. HEMPEL, WECKHERLIN, JAHN, PFEIFFER, JACOBI f. ex nostrat. AROSENI, DANZII Gram. H.; Pleniorē autē linguæ syntaxin illustrabunt STORR *Observat. ad analog. & syntax. hebr.* GLASSII *Philologia Sacra*, Edit. DATHE, SIMONIS *Arcanum formarum*, una cum SCHULTENSII *Orig. Hebraic.* WALTHER *Ellips. Hebr.* ed. SCHULZ. 2. T. e. q. r. Cursoriæ & grammaticæ lectioni hujus linguæ, REINECCII *Janua L. Hebr.* & PAULUS *Clav. Psalm. & Jesaia*, nec non MEISNERI *Clavis V. T.* egregiam commodabit operam. Manuale Lexicon Hebr. tironibus perscripsit MOSER, peritioribus COCCEJUS, ex Editione SCHULZ, SIMONIS, ex Ed. EICHHORN, & MICHAËLIS in *Supplement. ad Lex. Hebr.* Græcam N. T. lectionem adjuvabit non modo profanorum auctorum & Alexandrinæ versionis usus, sed præprimis SCHOETGENII, & SCHLEUSNERI Lexicon. Neque tamen STOCKII Lexicon V. & N. T. repudiandum iis, qui aliis destituuntur subsidiis.

Proxime post Grammaticam lectionem Vet. & Nov. Test. commendanda est *Hermeneutica Sacra*, regulas tradens interpretationis, ejusque adminicula. Ex eo genere sunt scripta RAMBACH, & PFEIFFERI *Hermeneut. Sacra*, BAUERI *Logica Paulina*, MEYER *Versuch ein. Hermeneutik d. A. T.* LOWTH *de poësi S. Hebr.* Ed. MICH. HERDER

geist d. Hebr. Poëj. 2 Th. — Omnes autem & dicendi genere & argumentorum delectu vincit sagacissimus ERNESTI, in *Instit. Interpretis N. Test.* qui liber aureus omnes fere complet numeros, & cum *Acroasibus MORI super Hermen. N. T.* legendus est.

Introductionem historicam Vet. Test. utpote summe necessariam ad ejus exegetin, delibabunt tirones e BAUER *Einleitung in die Schriften Alt. Test.* J. JAHN *Einl.* ALMQUIST & STARKE *Inledn. Novi Testam.* autem illam, ex HAENLEIN *Einl.* & PRITII *Introd. in lect. N. T.* (Ed. HOFFMAN). Ad progressum hujus studii spectant EICHHORN *Einl. in Alt. Test.* 5. Tom. & MICHAËLIS *Einl. in die Schrift. d. neu. bundes*, BERGER *historische Einl.* SEMLER *Apparat. ad liberal. V. & N. T. interpretat.* CARPZOVII *Introductio*, cet.

Criticam Sacram, præter EICHHORN & MICHAËLIS, tractavit CARPZOV, MILLIUS, WETSTEIN, GRIESBACH, quorum scriptis carere nequeunt, qui de textu Sacro judicabunt. BAUERI *Critica S. Vet. Test.* tironibus utilissima. Præterea legi meretur CAPPELLI *Crit. S. CLERICI Ars Critica* & CHR. BENED. MICHAËLIS *de variis lectionibus*.

Specialia Scripta de *authenticâ & canone Vet. & Nov. Test.* commendentur: KLEUKER *Unters. d. grunde fur die aechth. u. glaubwurd. d. schriftl. urkund. d. Christenth.* STOSCH de *Canone*, SEMLER *Untersuch. d. canons*

canons; & SCHMIDII *Vindicatio Can. Veta.*
& N. T. CORRODI *Versuch ein gesch. d.*
judisch. u. Christ. Bibelcanons; WEBERS *Beytr.*
zu Gesch. d. Neutestam. Kanons. In *Antiqui-*
tatibus Hebraicis legatur GOODWINI *Moses &*
Aaron Ed. CARPZOV, SIMONIS, IKENII,
CUNEI, RELANDI de *Antiqu.* Ed. VOGEL. in-
primis WARNEKROS *Hebraische Alterthümer.*
J. D. MICHAELIS *Mosaisches Recht.* 6. T.
BAUERS *Kurze Lehrb. d. Hebr. Alt. & ad N. T.*
STOSCH *Comp. archaeolog N. T. Neue Einl. in*
d. Studium u. Kenntnis des N. T. aus Engl.
mit anm. v. SCHULZE 3 Theil. BELLERMAN
Handb. d. Bibl. Litteratur & HARMARS Be-
bacht. u. d. Orient. FABERS *Archæol.* PAULUS
Jamlung d. merkwürdigst. Reisen in Orient.
3. Bände. In *Geographia Sacra* tironibus
compendium dedit BÜSCHING *om Palæstina*,
ÖPMANN *Geographiskt handlexicon.* RELANDI
autem & BOCHARTI *Geogr. Sacra*, cum HAM-
MELFELD *Bibl. Geograph.* aus Holland. v. JA-
NISCH, & WELLS *Histör. Geogr. d. Alt. u.*
Neu. Test. aus Engl. v. PÄNZER locupletio-
rem dabunt apparatus.

In *Chronologia Sacra* Scriptores Histo-
riæ Ecclesiasticæ tam Vet. quam Novi Foes-
deris consulendi, ut quoque qui introductio-
nes & exegetin ipsam tractarunt. Conferat-
ur tamen RUD. v. BENIGSEN *Bibl. Zeitrechn.*
d. Alt. u. N. Test. 4:0 una cum PETAVII
Rationär. Temp. 1. SPANHEIM *Chronol S. &*

BENGEI *Ord. Temp.* Ad naturæ historiam & Physicam Sacram pertinent BOCHARTI *Hieroz.* ex edit. ROSENMULLER, s. comp. SCHODERI, & ÖDMANN *Saml. i Naturkun. til d. Hel. Skrift*, CELSI *Hierobotanikon*, cet. Quamvis vero intersit, hæc omnes res non modo antequam ad lectionem & interpretationem Divinorum librorum accedamus, verum etiam diligenter sub ipsa lectione, accuratius perferre, neminem fugiet sacra veneratione Divini verbi tactum. Sunt enim omnia hæc adminicula summopere & ad præcavendos errores, & insultus aliorum refellendos, & ad facilem aditum interpretationi parandum, necessaria, quare etiam sæpius in Hermeneutica sunt pertractata. Omnia vero frustranea erunt ac vana, ubi mens ipsa logicis principiis in judicando, ratiocinando & librorum usu prudenti non sit imbuta & asseverata. Abeant temeraria præcepta multorum, Scripturam ex systemate suo explicantium, sive conjecturis, quamquam vel ingeniosissimis, committentium; manent quippe regulæ hujus artis stabilis; & licet concedendum sit, hermeneuticam Sacram multum a profana illa distare, tamen summa est utriusque analogia. E perspicuis enim locis ambigua & disputata explicare, e nexu & ordine sententiarum verborumque sensum eruere certum, ex analogia doctrinæ apparentes solvere repugnantias, & quæ sunt alia bonæ interpretationis

nis principia, ad utrumque pertinent genus. Quibus si addatur prudentia, moderatio & felicitas ingenii, cum diligentia in conquirendis adminiculis quibuscunque, non profusum difficile erit vera videre, quum hallucinantur alii his non utentes subsidiis.

Ad ipsam demum *Exegesein* quod attinet, certum quidem est, accuratum & subactum iudicio falsum usum & propriam meditationem multum valere ad sobriam interpretationem, sicubi Grammatico, hermeneutico & Critico studio quisquam semet dedit attentum. Interim tamen quam parca & circumscripta sit nostra experientia, quis vel sagacissimus non sponte inveniet? Opus ergo est nobis, ad aliorum rimandas ponderandasque confugere non modo versiones, verum etiam sententias, iudiciaque, quae five breviter & succincte *Scholorum* nomine, five latius & fusius per *Commentarios* suos proposuere. Versionum exempla praestantia sunt: CASTALIONIS, DATHE, Latino, J. D. MICHAËLIS, STRUBENSE (in V. T.) SEILER, STOLZ (u. N. T.) Germanico, TINGSTADII in Iob. Pf. Jes. Prov. Cant. Svecano sermone, *Scholia* in Vetus Testamentum edidit, inter Recentiores, SCHULZ & BAUER, X. Tomis FR. C. ROSENMULLER X. Tom. atque DATHE *Versf. & Not. Pentat. Libr. Histor. Psalm. Hagiograph. & Prophetarum omnium*, V. Vol. 8:0 J. DAV. MICHAËLIS *Uebers. mit Anmerk. für unge-*
Wiste,

lehre XI. Tom. 40. EXEGETISCHES HANDE-
 BUCH, 9 Stück. DOEDERLEIN *Schol. in libr.*
Poët. & Jesaias versione & notis illustr. Sed
 nec antiquata sunt Scholia GROTII, in *Anno-*
tat. in Vet. Test. & qu. s. rel. NOVUM Tes-
 tamentum Scholiis illustrarunt JOH. GEORGE
 ROSENMULLER, V Tom. MICHAËLIS; BEN-
 JAM. KOPPE (*Ep. ad Roman. Galat. Thesfal.*
& Ephes. ad cujus morem KRAUSE edidit
Epist. ad Corinth. HEINRICHS *Ep. ad Ti-*
moth. Tit. Phil. & ad Ebræos, POTT *Epist.*
Catholicas.) RÖPER in *Exeget. handbuch.* 18
 Stück. — STOLZ *Erleuterungen d. Neu. Test.*
 MORUS ad *Evang. Luc. Joh. Acta Ap. Epist.*
ad Rom. Gal. Eph. Ebr. 2 Pet. 3 Joh. Ep.
& Jud. EICHHORN, HERDER, ÖDMANN in
Apocalypsin. — Succincte SJÖGREN dedit
Explicationem paraphrastico Exegeticam libro-
rum Nov. Foederis. Ex Commentariorum
 vero mole nominasse sufficiat COCCEJI, CA-
 LOVII, POLI, Lud. CAPELLI, CALMET cet. in-
 ter antiquiores, sed ex Recent. VENEME
Comment. STARKE *Synopsin Bibl. Exeget.*
Opus Anglicanum à BAUMGARTEN, DITTELM.
 TELLER. & BRUCKERO German. editum (19
 Tom. 4:0) MOLDENHAUER *übersetz. u. Er-*
klär. d. Heil. buch. A. T. 10 Th. 4:0 & *N.*
T. 4 Th. WOLFFII *Cur. philol. in N. T.*
 reliqua ut omittamus. Caveant vero tirones,
 quorum in usum scholia breviora imprimis
 perscripta sunt, ne universum Biblici studii
 ambi-

ambitum his contineri finibus existiment, alto supercilio antiquorum contemnentis serinia, e quibus velut e fonte hauserint multa recentiores; sed ex altera quoque parte discant, non adeo tenaciter antiquorum opinionibus insistere, ut operam recentiorum, fugari nesciam, multisque de nominibus excellentem insuper habeant; Discant in ipso librorum delectu, quem indicavimus, non subsistere, sed pro facultate & occasione sua alia indies sibi acquirere subsidia speciosiora; nec omnium tamen Auctorum scripta sunt omnibus necessaria, liquidem eandem tractant materiem, & velut otium sibi invicem fecerunt. Quantum tamen occasio suppetat, fructuosum quisque judicabit esse sibi, diversorum Interpretum inter se conferre judicia ac hypotheses, ut quænam maxime probabilis fuerit sententia perspicui possit. Nec prius locum quendam, vel obscurissimum, dimittere juvabit, quam verisimili saltem modo nobis expositus & intellectus fuerit; Semper enim! hæere & suspensum teneri inter diversas sibi que sæpius contrarias explicandi rationes, ingenuum non decet Theologum.

Adhibitis vero his interpretandi regulis atque subsidiis, sæpiusque repetita lectione librorum Divinorum, inoffenso pede licebit in ipso usu & applicatione eorundem versari. Tum demum totius orationis consilium,
ner-

nervus, nexus & ad persuadendum composita vis apparebit, quum per partes suas & quidem difficiliiores illas, antea delibata fuerit. In ipsa quoque hac practica s. ad praxin tendente lectione, absit omnis levitas, insolentia, novarum rerum cupido, scrupulositas & servilitas ingenii, sed e contrario continuum veritatis adsit studium, fides, integritas, assiduitas, sine quibus otiosa & minus proficua omnis erit exegetis Sacra. Perlegatur in universa hac materie egregia instructio NÖSSELT in *Anw. zu Bild. angoh. Theol.* P. 2.

§. 3. Jactis his fundamentis Biblicis, *Systematica religionis theoria* s. *Dogmatica* summopere necessaria est. Non quidem in Systema s. ordinem quendam Philosophicum retulerunt Biblici Auctores universam religionis doctrinam, immo nec ipse Servator Sanctissimus systematica quadam usus est methodo, sed pro occasione, populariter & sparsim dogmata sua & præcepta proposuit. In quo tamen docendi genere summa certitudo, perspicuitas, auctoritas & vis erat ad persuadendum. Essentialia enim quævis religionis capita quin ordine suo, & ad usum communem accommodata institutione populari instillarentur ac vere instillata fuerint, non est dubitandum. Scriptis autem suis eundem sequi tenorem, minime erat opus. Quare scientificam omnem Religionis tractationem

tionem s. Theologiam venturis temporibus velut demandarunt Apostoli; satis sibi suoque ævo ducentes, si vivida & efficax veritatum maxime salutarium ipsis competeret cognitio.

Necessitas vero condendi systematis patet, *tum* ex incremento ac progressu religionis ipsius, una cum Scientiarum omnium augmentis, (siquidem multa sunt, quæ nostris temporibus, locis, hominibus & occasionibus conveniunt, quam quæ in ipsis primordiis aut velut infantia erant exhibenda), *tum* ex nexu articulorum Divinæ Religionis, — *tum* diversitate ac difficultate lingvæ, qua concinnata sunt Oracula Sacra, *tum* quoque ex schismatum & errorum multorum sensim exorta multitudine, unde non potuit non magna, in religione ipsa propaganda, suboriri perturbatio ac remora. Theologici est systematis, non solum ex suis principiis elicere & argumentis demonstrare, quænam sint essentielles veritates, in Bibliis propostæ, verum etiam easdem confirmare & ab omnibus vindicare adversariorum insultibus, erroribus atque figmentis. Quod ut bene succedat, hermeneuticis & exegeticis sollicitudine utendum est subsidiis; loca sunt comparanda, & auctorum Biblicorum omnium animadvertenda est harmonia. Quam *utile* sic erit ex systematica ejusmodi expositione totam Christianæ religionis theoriam imbibere, facile

facile est ad iudicandum; Longum enim iter cuique foret, sparsas omnes veritates colligere ac omnium inter se conferre auctorum diversa iudicia, atque tropicas dictiones a propriis, claras ab obscuris, essentielles ab accidentalibus distingvere rebus. Brevis autem est & aliorum opera explanata via compendiorum sive Systematum, in quibus omnia collecta, inter se collata & diiudicata invenimus doctrinae Sacrae momenta. Nec arduum nobis ipsis erit iudicare, quænam sit pura & Biblica theoria, sicubi instrumentis rite utamur hermeneuticis. Observandum enim α) discrimen essentialium veritatum & accidentalium, certarum & problematicarum, in quibus quoque diversi sunt gradus probabilitatis. β) Propria & evidens loquendi ratio certam ut plurimum ingenerat theoriam religionis; tropica autem omnis enuntiatio ad propriam illam exigatur, & cum ea conferatur oportet. Quum vero contingere possit, ut tropice, allegorice & hyperbolice res in Bibliis sacris proposita sit, difficilemque habeat intelligentiam, eruatur ipsum consilium orationis, atque contextus, nec prætermittatur usus loquendi in profanis Scriptoribus familiaris e. f. p. γ) Loca omnia parallela inter se conferantur, & per ambitum suum enodentur, ut liquido appareat, quænam sit constans doctrina Biblica.

δ) Mos

δ) Mos dicend & ratiocinandi popularis, καὶ ἀνθρώπων) s. accommodatio ad sensum communem vulgique opiniones, parum adhuc exultas, facta, probe observetur, ne numerum veritatum religiosarum temere hisce cum temporariis augeamus verborum umbis, easque pro veritate ipsa venditemus, ε) Ubi apparentes quædam sint repugnantiae, (εὐαγγελοφωνα), ex diverso auctorum Sacrorum stilo & scopo, resolvere easdem iuvabit.

ε) Sponte lic, omnibus collectis & expunctis dictis scripturæ, analogia quædam doctrinæ, per omnem Scripturæ dominans compagem, neque ea quidem ficta aut violenter illata, prodibit.

Ad *stilum* vero quod attinet Theologiæ Dogmaticæ, vulgo præcipitur, eundem esse pro diverso suo scopo diversis subjectis accommodandum. Rudioribus popularis, eruditis instructor & philosophicus apprime convenit; ut enim durum esset ac inconsultum, in institutione plebis velle artificiosa adhibere ratiocinia, ita ab erudito religionis doctore merito postulamus, ut Systematicum & scientificum adhibeat tractandi genus, nec tamen popularem s. simplicem insuper habeat, Media quippe tutissime itur via. Eruditior apparatus & stilus Philosophicus propriam doctoris spectat persuasionem, popularis vero ad alios persuadendos dirigitur. Biblica autem, quæ fertur, methodus in multis est ambli-

ambigua, quanquam ad concordiam diversarum sectarum tendere videatur.

Prudentis insuper est Theologi, temperanter uti terminis philosophicis, neque sine necessitate eosdem, aut biblicos illos, in Dogmaticam recipere; ejus prudentiæ exemplum dabit sagacissimus MORUS & DOEDERLEIN, ille in *Commentario*, hic in *Institut. Theol. Christiani*. Sine his classicis & primi ordinis libris nemo fere solidam Theologiæ Christianæ theoriam sibi comparare potest. Utatur tamen quisque etiam aliis haud inferioris dignitatis compendiis, MICHAËLIS, SEILERI, LESS, MURSINNÆ, MOSHEIM, BUDDÆI, MILLERI, STORR, ALMQUIST, ERNESTI, HUFNAGEL, STAUDLIN, NIEMEYER, cet. Et quidem sic utatur his scriptis, ut in perlegendo quodam articulo plures inter se conferat Auctores, nec veterum v. c. MELANCHTHONIS, GERHARDI, CHEMNITHI spernat *Lacos Theologicos*. Specialia scripta dogmatica recensent NÖSSELT, NIEMEYER & DOEDERL. in *Instit.* Nonnulla commendasse provectioribus haud poenitebit, S. GOTL. LANGE *Versf. ein. Apolog. d. offenbar.* SEILER *ub. d. Göttl. offenb. & Die Weissag. u. ihre Erfüllung.* J. W. SCHMID *ub. Christl. Religion.* J. F. JACOBI *Abh. ub. wichtig. gegenst. d. Rel. 4 Th. 8. o.* JOCHIM *Anl. z. Relig. & Beytr. z. beförd. d. Christenth.* ZIEGLERS *Theol. Abhandl.* TÖELNER *Theol.*

Theol. untersuch. ERNESTI, LESS, DOEDERL. *Opusc. Theolog.* *Fundamentalia Christianæ religionis dogmata de Christo & morte expiatoria explanabunt:* SEILER *ub. d. Göttlichkeit Christi. & ub. Versöhnungstod Chr. Die frag. d. zweifelnd. vern. ist vergabung d. sünden möglich.* EWALD *ub. die grösse Jesus,* HACKER *Jesus d. weisse v. Nazareth.* SCHWARZ *ub. d. Tod Jesu.* FAXE *Pröfning af Tellers—Tvifvelsmål* (Götheb. 1792.), KÖPPEN *wer ist ein Christ?* LA MAREE *hvem säger folket menniskjones Son våra? öfverj.* Sunt quoque multa alia Svecano sermone Edita & translata egregia scripta, popularem usum ipectantia:— AXELSON *Guds råd och verk i sin Reger.* ALMQUIST *Inl. til den Hel. Skr. läsning,* BASTHOLM *Chr. Cel. hufv. läror, Lycksalighetsläran. Om själens ödödl., Christna Rel. Stift. hemödande,* KÖPPEN *Bibeln et verk af Gudoml. vishet,* MÖLLER *läsning i bl. Rel. ämnen,* JOH. HERMES *relig. handbok. 3 Del.* SPALDING *Rel. en angeläg. f. världen, & om mennisk. bestämnelse.* JERUSALEM *betrakt. öfv. Christn. Rel. förn. fann. 3 Del.* HALLERS *bref om Rel. it. öfv.* VOLTAIRS *Inkast. cet. his quippe scriptis integrum nobis erit ac facile, rem dijudicare unversam. —*

In populari Theologia præibit GRIESBACH, ROSENMULLER, BASTHOLM, KOPPE, DOEDERLEIN *Christl. Relig. unter. fortf. v. JUNGE 12 Th.*

Syste-

Systematicam vero Theologiam in ambitu suo pertractandam esse, quatenus & fidei Christianæ & morum complectatur præcepta, atque vindicias veritatum ab omnibus erroribus & contrasentientium opinionibus præscribat, quivis perspicit. Quamvis autem *Practica*, quam dicunt, s. *Moralis*; & *Polemica* Theologia ad Dogmaticam reapse pertineat, poterit tamen utraque seorsim aut speciatim tractari. Compendia *Theol. Moralis* dederunt BAUMGARTEN, MILLER, MOSHEIM, LESS, AMMON, S. G. LANGE, DOEDERLEIN, REINHARD, TITTMAN, STAUDLIN; ubiorem *Theol. Moralis* expositionem dedit MOSHEIM in *Sittenlehre d. Heil. Skrift.* continuat; a MILLER — 9 Th. 4:0 ejus pretium nunquam antiquabitur. *Pfæctica* & *Ascetica* specialia scripta sunt: NÖSSELT *ub. d. werth d. Moral.* WAGNER *Moral in beyspielen* 6 Th. DODRIDGE *Gudaktighet: början och tilväxt i människans själ.* CRÜGOTT *en Christen i sin ensamhet.* SILLRI *Geist u. Gesinn. d. vernunftmäsl. Christentums zur Erbauung* 2 Th. TOBLERS *Erbauungs Skriften.* 3 Bänd. EWALD *Christl. ideen u. empfind.* ROSENMULLER *Erbauungs b. in betracht.* ZOLLKOFFER *andakts öfningar* — GILLERTS, CRAMERS *Sedolärande Betrakt.* CRAMER *ub. die nachahmung Jesu; in: Christl. morgen u. Abendser* — 2 B. STURMS, ROSENMULLERS, LAVATERS, SEYFFERTS *morg-*

gen andachten, WAGNIZ *tröst för sjuke*, BASTHOLM *Andakes öfn. för sjuk. och sängligg. rel.* — *Polemiam Theologiam uberius enodant* SCHUBERT, STAPEER, MILLER; *cet.*

Apologeticam quod attinet, tractarunt quidem eam Scriptores Dogmatici plerique in præliminaribus de Scriptura Sacra & religione Christiana; specialius tamen eandem & ex instituto persecuti sunt: GROTIUS, *de veritate Rel. Christ.* KNUZEN, *Philosophiskt bevis* — NÖSSELT, *Vertheid d. wahrh. u. göttlichk. d. Christi-Rel.* LESS, *uber Religion* — *f. Christna Rel. Sanning*, JERUSALEM, *Betraktels.* — HUENAGEL *für Christent. aufskt. u. menschenwohl*, REINHARD *versuch u. d. plan den d. Stifter d. Christl. Rel. entworf.* SEILER *d. vern. glaube an d. wahrh. d. Christenth.* ADDISON, LELAND, FLEUKER; BUTLER, CLARKE *cet.* quorum monitis haud sine dispendio carere potest Theologus. Ceterum conferatur FABRICII syllabus scriptorum. — LELAND *Abriss. d. deist. schristen*, NÖSSELT *antw. & Th. B.*

Symbolicam dñum doctrinam; quæ quoad ipsam materiam eadem est cum Dogmatica, & ad Historiam religionis striete pertinet, in compendio sũnt WALCHIUS, MÖLLER; uberius pertractat REINBECK (*Betracht. u. d. Augsburg. Confession.*) Historiam ejus succinctam tradit FLANK, *Gsch. d. Entsteh. u. veränder. d. Protestant. Lehrbegriff*; WALCH, *Introd. in Libros Synnibolicos.* §. 4.

§. 4. *Historiam* denique *Religionis* non uno nomine commendandam esse futuro Theologo, probatione vix eget. Etenim non solum fata religionis in universum, sed etiam ortum & progresum Christianæ illius, & in universum fata Ecclesiæ Christianæ, doctrinæ atque doctorum exhibet, adeo ut qui interpretationis Sacræ, theologiæ dogmaticæ & practicæ progresum rite examinaverit, in his quoque omnibus partibus studii Theologici optime adjutum semet sentiat. Ex triplici igitur fundamento *necessitas* Historiæ Ecclesiasticæ patet; *Exegetico* scilicet, *Dogmatico* & *Pastorali*. Interpretationem Sacram insigniter adjuvabit 1) historia textus primitivi, qualem patres Apostolici & proximi ævi conservarunt atque fideliter allegarunt; 2) historia linguæ Sacræ N. T. qua adhuc viva utebantur primorum Seculorum doctores, unde nec difficile ipsis erat sensum dictionis N. T. plenius adsequi; 3) In multis tamen propter diversitatem ingenii, verborum ambiguitatem ac sentiendi libertatem eosdem patres sibi met ipsis nimis indulgisse, & in contrasentientibus hæreticisque errorum multo plus animadvertisse speciem, quam fas erat, itidem docet historia. 4) Inde vero a frequenti conciliorum usu & ecclesiasticæ auctoritatis ad hierarchiam facto transitu, hæreses pro lubitu fingere, alios condemnare, vexare, formas symbolicas